

- 41 ro contrahentium arbitrio. Sunt actus, qui Tertii præjudicium concernunt. Sunt demum actus, qui non valent in favorem agentium, valere tamen possunt, si ab eo cuius interest non impugnentur.
- 42 Actus absolute prohibiti per Juramentum confirmari nequeunt, propterea quod positi si non sunt in arbitrio paciscentium, nec possunt pacis privatorum tolli, præsertim si continentem speciem delicti. Idque non solum de iis actibus intelligendum, qui iuri divino vel naturæ sunt contrarii, sed & quos Jus canonicum, vel civile absolute prohibuit utilitatis publicæ gratia. Atque hinc est, quod Clerici ne accedente quidem consensu jurisdictionem prorogare queunt, *cap. 12. de Judiciis*. Absolute enim hæc prorogatio prohibita est. Vide & alia exempla, quæ suppeditat Jus canonicum *cap. 18. de testib. & cap. 4. de testib. cogend. & cap. 7. de pignor.*
- 43 Neque per Juramentum confirmantur actus, qui à libero contrahentium arbitrio non dependent. Sic is, qui venditionem contrahit, pactumque juratum addit, ne unquam pretium exigatur, & tamen venditio omnino maneat, nihil agit, cupitque contradictoria. Nec societates ita iniunt, ut ad alterum omne lucrum perveniret, ad alterum omne damnum, si vel maxime juramentum intervenisset; Vide Seraphinum de Seraphinis de *privil. juramenti regulat. 130. num. 6.*
- 44 Nota vero, quod actus, quibus certe solemnitates sunt præscriptæ, ob earum defectum nulli quidem sunt, sed non ita paciscentium arbitrio exempti, ut eosdem sine solemnitatibus peractos servare haud possint si velint; Atque ideo actus huiusmodi per juramentum confirmantur, suppleto ipso Juramento defectum solemnitatum; Benckendorff. ad *Seraphinum de privileg. jurament. priv. 120. num. 1. Selserus de Juram. lib. 1. cap. 25. num. 117.*
- 45 Variæ hinc oriuntur conclusiones. Transactio, quæ non inspectis tabulis de iis quaestionibus, quæ ex testamento dependent, facta est, non subsistit; accedente juramento valet, ut, quidquid contradicat Seraphinus de *privil. jurament. priv. 100. num. 5.* firmat Benckendorff. *cit. loc. num. 2.* Pariter transactio de alimentis testamento relicti sine Prætoris decreto, & causæ cognitione facta, nulla est; at sustinetur, si accedat juramentum; Facchin. *lib. 3. contrav. jur. cap. 21. Coler. de aliment. lib. 2. cap. 8. num. 24.* Donatio demum excedens 500. solidos sine insinuatione irrita est, at munita Juramento valida est; Seraphin. de *privileg. jurament. fere per tot. ibique Benckendorff. num. 3.*
- 46 Actus tertii præjudicium concernentes per juramentum non confirmantur. Atque hinc sponsalia posteriora licet Juramento munita subsistere nequeunt in præjudicium priorum publicorum, si insistat prior sponsa iuris suo. Et renuntiatio jurata S. C. Macedoniani valet in liberorum præjudicium, non item patris, in cuius favorem primario hoc S. C. introductum est.
- 47 Reliquum est, ut disseramus de actibus illis, qui non valent in favorem agentium, possunt tamen valere si non impugnentur ab eo, cuius interest. Hos autem per Juramentum Jure canonico confirmari, noto notus est. Quo fit, ut alienatio fundi dotalis Jure civili non subsistat, si vel maxime uxor consentiat, valet tamen Jure canonico, interveniente Juramento; c. 28. de *Jurejurand. & cap. 2. cod. tit. in 6.* Vide aliud exemplum in *cap. 2. de pactis 6.*
- 48 Pergitur ad secundam quaestionem, an ex Juramento detur hodie actio. Sunt qui tenent, juramentum ad servandum juramentum obligari ex *virtute Religionis*, ut tamen nulla alteri acquiratur actio in foro externo. Confer Wiestner *inst. jure can. lib. 2. tit. 24. n. 78.*
- 49 At dari ex Juramento actionem dicendum est, attento *cap. 9. de arbit. tum cap. de jurejurand.* Consule Bohemerum in *Decretal. lib. 2. tit. 24. §. 34. & plurib. sequentib.*
- 50 Tertia & ultima quaestio est, an heredes ex jurejurando defuncti teneantur? At si ex jurejurando datur actio facile est dignoscere, obligari heredes ex jurejurando defuncti. Tamen enim quoad *reatum perjurii* Juramentum defuncti haud transeat in heredes, ipsa ta-

men obligatio, quæ in persona defuncti robor propter jusjurandum accepit, impugnari minime potest ab heredibus, quippe qui obligati sunt ad factum defuncti præstandum. *§. (Num. 50. lex 1. tit. 2. p. 6.)*

JURISDICTIO.

SUMMARIUM.

- 1 *Jurisdictio unde dicta, & quid sit*, ad num. 2.
- 2 *Jurisdictio quatuorplex divisa & quæ*, ad num. 10.
- 3 *Jurisdictio ordinaria quot modis acquiratur, & qui eam habeant privilegio, lege, vel consuetudine*, ad num. 18.
- 4 *Jurisdictio ordinaria in quo differat à delegata*, ad num. 21.
- 5 *An Episcopi Jurisdictionem immediate à Christo pater habeant, ac Apostoli habuerint*, ad num. 23.
- 6 *Quæ sit variæ Sacrorum sive Regularium Jurisdictio quoad Confessionem*, ad n. 37.
- 7 *An Jurisdictio gravi metu, vi, sive fraude obtenta, seu extorta, ipso jure sit nulla*, ad num. 39.
- 8 *Quinam actus Jurisdictionis regulariter diebus feriatis sint invalidi*, ad num. 41.
- 9 *Alia ad rem*, ad num. 52.
- 10 *Subneantur Additiones ex aliena manu*, ad num. 66.

Jurisdictio dicta est à Jure dicendo secundum aequitatem, jurisque Regulas, tamquam præcipue publicæ potestatis officio, colligitur ex *leg. 1. ff. De Jurisdic. omni. Judicium, & ex leg. 1. §. Damnamus ff. De suspensis Tutoribus*. Hinc Jurisdictio definitur, quod sit *Facultas alicujus habentis publicam auctoritatem, & eminentiam super alios ad eorum regimen, & gubernationem? Est in re Communis.*

Jurisdictio dividitur primo in *ecclesiasticam*, & *civilem*. *Jurisdictio ecclesiastica* est illa, quæ circa causas ad Dei cultum, spiritualeque animarum salutem pertinentes versatur. Et hæc exercetur, nedum in foro externo, sed etiam in foro interno, seu conscientie, & Sacramentali. *Jurisdictio civilis*, seu *politica* est illa, quæ circa causas seculares, & profanas versatur, & temporalem republicæ gubernationem respicit. Et hæc exercetur solummodo in foro externo.

Jurisdictio dividitur secundo in *voluntariam*, & *contentiosam*. *Jurisdictio voluntaria* est illa, quæ exercetur solum in volentes, & ad hæc in civilibus spectat manumissio, & adoptio juxta *leg. 2. ff. De officio Procuratoris*: In ecclesiasticis autem ad hæc spectant, *ordinatio, consecratio, benedictio, absolutio, dispensatio, beneficiorum collatio*, & huiusmodi, ut notant Doctores in *cap. decernimus 2. de Judiciis*, & apud Barbosam de *offic. & potest. Episcop. parti. 3. allegat. 126. num. 4.* *Jurisdictio contentiosa* est illa, quæ exercetur in invitos, v. gr. in jus vocando, puniendo, & alia huiusmodi exercendo, quæ expediti non possunt, nisi Judice pro tribunali sedente, seu quando inter duos, pluresque contenditur; *arg. cap. Inter stipulantem §. 2. de verb. obligat. ibi: Judicium autem etiam in involuntarios redditur*, & amplius declarat Glossa in *cit. leg. 2. ff. De officio Procuratoris, verb. Contentiosam*.

Jurisdictio voluntaria differt à contentiosa, nedum ex dictis, quia voluntaria solum in volentes exercetur, unde etiam nomen accepit, & contentiosa etiam in invitos exerceri potest in Judicio, unde à contentione partium inibi contententium nomen desumpsit; Sed etiam differt, quia voluntaria Jurisdictio extra proprium territorium valide, & plerumque etiam licite exercetur, dispensando, v. gr. cum subditis in eorum votis, & juramentis, absolvendo à censuris, & peccatis, assistendo eorum matrimonii, legitimum, adoptando, delegando, & huiusmodi: Cum enim ad voluntariæ Jurisdictionis exercitium non requiratur strepitus, seu processus judicialis, nec opus sit Judicem pro tribunali sedere, ideo nulla inferitur injuria judici, in cuius terri-

torio seu diocesis tales privatim actus exercentur, ut docent communiter Doctores in *cit. leg. 2. ff. De officio Procuratoris, & in cap. Nobis 7. de officio Legati*. Jurisdictio autem contentiosa, ut causas tum civiles, tum criminales definire cum strepitu, seu processu Judiciali pro tribunali sedendo, exerceri non potest extra proprium territorium sine expresso, vel tacito consensu Judicis illius loci, ipsarumque partium contententium: *Cum*, ut expresse dicitur in *cap. Ut animarum periculis 2. de Constit. in 6. Cum extra territorium Judicanti non pareatur impune, & ita ibi Doctores communiter. (Vide verb. Delegatus, Forum, Judex &c.)*

Jurisdictio dividitur tertio in *ordinariam*, & *delegatam*. *Ordinaria* est illa, quæ cuiuspiam jure proprio, seu ratione officii, aut dignitatis suæ ex lege, canone, vel consuetudine competit. *Delegata* est illa, quam quis non habet jure proprio, sed solum ex commissione alterius, cuius vice fungitur; sic colligitur ex *l. More Majorum, & l. Et quia ff. de Jurisdic. omni. Judic.* ubi is censetur habere Jurisdictionem ordinariam, ac delegare posse, qui eam suo jure, non alieno beneficio habet.

Jurisdictio dividitur quarto in imperium, & simplicem Jurisdictionem. *Imperium* est Jurisdictio, quæ nobili Judicis officio exercetur: *Officium autem nobile Judicis* est illud, quod non deservit, nec alligatur alicui actioni, sed Juxta *modum proprio*, sive ex officio ex se, & non adductus à partibus, procedere potest ad crimina puniendâ, beneficia, privilegia conferenda, & huiusmodi, juxta *cap. Qualiter, & quando 24. de accusat. Simplex Jurisdictio* est, quæ exercetur Judicis officio mercenario: *Officium autem mercenarium Judicis* est illud, quod deservit, & alligatur actioni intentatæ per partem: Juxta enim habens simplicem Jurisdictionem non potest motu proprio, sive ex officio ex se procedere ad causas & lites civiles, sed solum ad instantiam Actoris. Unde talis Juxta, si partes instent, debet procedere, & sententiam ferre, nec potest ipsas partes ad compositionem compellere, & si partes desistant, debet & ipse à tali Judicialia desistere; sic ex Bartolo in *leg. 1. §. l. Imperium 3. de Juris. omnium Judicium, Abate in cap. Quod sedem 10. de Offic. Judicis Ordinarii num. 5.* Durand. in *spec. tit. de Juris. omnium. Judicium num. 10.* Molina *tract. 5. de justitia num. 1. 2. & seq. Layman theol. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 5. num. 7. Pirhing. lib. 1. decr. tit. 31. num. 3.*

Imperium dividitur in *merum*, & *mixtum*. *Merum imperium* est Jurisdictio, quæ exercetur Judicis officio nobili publicam utilitatem respiciente, cuius actus sunt leges condere, malefactores punire, & huiusmodi. *Mixtum imperium* est Jurisdictio, quæ nobili Judicis officio privatam utilitatem respiciente exercetur, & ejus actus sunt, Tutores dare, mittere in possessionem, restituere in integrum, & huiusmodi. Imperium merum appellatur alio nomine *Jurisdictio alta* seu *Summa*. Imperium

Cum nullus sine titulo, privilegio, possessione immemorabili, quorum virtute, ad eum pertinere Jurisdictionem regiam justifice, eam exercere queat, hacque immemorabili adstante, (1) videatur proinde tempus ab A. præfixum ad illius acquisitionem capax censi: (2) non tenet in Suprema, nam nullum tempus, eam lucrificandi ergo, sat erit. (3)

(1) *L. 6. tit. 29. p. 3. Ibi*: Otrosí decimos, que Señorio para facer justicia non lo puede ganar ninguno como por tiempo, maguer usase de ella alguna sazón, fueras ende si el Rey, ó el otro Señor de aquel lugar que oviese poder de lo facer, gelo otorgase señaladamente: *L. 2. tit. 1. lib. 4.* El Rey funda su intencion de derecho comun acerca de la Jurisdiccion civil, y criminal en todas las ciudades, villas, y lugares de sus Reynos, y Señorios; y por esto antiguamente ordenamos los Reyes nuestros Progenitores, y Nos ordenamos, que qualquier Prelado, ó hombre poderoso que tiene entrada, y ocupada la Jurisdiccion de qualquier de las dichas ciudades, villas, y lugares es tenuto de mostrar, y muestre ante Nos, titulo, ó privilegio por donde la tal Jurisdiccion le pertenescas: en otra manera

FERRAR. BIBLIOTEC. TOM. IV.

mixtum alio nomine dicitur *Jurisdictio bassa*, seu inferior, quæ competit cuilibet Magistratui, licet non semper quoad omnes actus; Sic ex *citatis Doctores*.

Imperium merum, seu juxta Jus civile tribus veluti gradibus distinguitur. Primus, seu supremus conditio poenæ mortis naturalis, ut combustionis, rotæ, decapitationis, & huiusmodi. Secundus complectitur poenam mortis civilis, ut deportationis in insulam, relegationis, seu banni regii, vel imperialis. Tertius respicit poenas non capitales tum corporis afflictivas, tum famosas, ut amputationis manuum, fustigationis, sistentiæ ad numellas, & huiusmodi; Engel *tit. de Officio Judicis num. 7.* Christophorus Chlängensper *lib. 1. collegi Institut. Justinian. tit. 20. quasi. 6. Reiffenst. lib. 1. decret. tit. 29. num. 22. & alii.*

Imperium merum datur etiam de Jure canonico; Ita Glossa magna; & Abbas in *cap. Quod sedem 10. de officio Ordinarii num. 5.* Engel *cod. tit. num. 12.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 25. & 26.* Pirhing. *loc. cit. num. 3.* & alii passim. Hinc de Jure canonico ad primum gradum imperii meri spectat *Gladius spiritualis*, scilicet potestas excommunicandi, quæ poenis capitalibus comparatur, textu expresso in *cap. Per venerabilem 13. Qui filii sint legitimi §. Sunt autem*. Ita potestas degradandi & tradendi curiæ seculari, juxta glossam in *cap. Quod sedem 10. verb. Committere, ante finem, de officio Ordinarii*, quod æquipatur ultimo supplicio, ut tæde notat Innocentius in *cap. Qualiter & quando 24. de accusatibus*, & alii passim. Ad secundum gradum spectat potestas relegandi, subjiciendi torture, perpetuis carceribus mancipandi, verberandi flagellis citra mortem, vel mutilationem, & huiusmodi. Ad tertium gradum spectat potestas leniter coercendi in corpore, carcerandi ad tempus, imponendi multam pecuniariam, & huiusmodi; Sic ex *citatis Doctores*.

Jurisdictio ordinaria tribus modis acquiri potest, scilicet; Vel ex privilegio Supremi Principis concessio dignitati, seu personæ; Vel à lege, seu canone; Vel ex consuetudine legitime præscripta; *cap. Duo Simul 6. de officio Ordinarii, Imola ibid. num. 1.* Durand. in *spec. tit. de officio Vicarii §. 2. uam. 1.* Pirhing. *loc. cit. num. 5.* & alii passim. Et quidem ex privilegio Supremi Principis Ecclesiastici, scilicet à Summo Pontifice constituuntur Judices Ordinarii, Legati, Patriarchæ, Primate, Archiepiscopi, Episcopi, Officiales Sedis seu Curie Romanæ, ut Vicecancellarius, Camerarius, & alii huiusmodi. Et à Supremo Principe seculari, scilicet Imperatore, Rege & huiusmodi constituuntur Duces, Marchiones, Comites, aliique provinciarum, aut locorum Governatores, Magistratus, & huiusmodi, qui omnes gaudent Jurisdictione ordinaria; *Communis*. A lege, seu canone constitui censetur Judices Ordinarii, qui secundum præscriptum legis, aut canonis, vel ab homine publicam potestatem habente, vel ab Universitate, seu Collegio, vel Capitulo per electionem constituuntur. Sic

quæ non seria consentido usar della. Vid. *verb. Forum*.

(2) *L. 1. tit. 15. ejusd.* Mandamos que la posesion inmemorial probandose segun, y como, y con las calidades que la ley de Toro requiere, que es la *L. 1. tit. 7. lib. 5.* de este libro, baste para adquirir contra Nos, y nuestros sucesores qualesquiera ciudades, villas, y lugares, y Jurisdicciones civiles, criminales *L. 1. tit. 7. lib. 5. Ibi*: Y digan que así lo vieron ellos pasar por tiempo de quarenta años: :

(3) *L. 1. tit. 15. lib. 4. Ibi*: Pero la Jurisdiccion civil, y criminal Suprema, que los Reyes han por mayoria, y poderio real, que es de la facer, y cumplir donde los otros Señores Jueces la menguaren, declaramos, que esta no se puede ganar por el dicho tiempo, ni por otro alguno: :

Xx 2

- quilibet ab Universitate, Collegio, Capitulo, Congregatione, & hujusmodi electus legitime, & canonice in Rectorem, & Praefectum, seu Superiorem ejusdem, ut illi per modum capituli prae sit, habet Jurisdictionem ordinariam erga suos subditos in causis spectantibus ad Universitatem, Collegium, Capitulum, Congregationem & hujusmodi. *Communis. Et* Episcopus etiam creandus Vicarius Generalem facit ipsum Judicem Ordinarium, cum Vicarius Generalis gaudeat auctoritate ordinaria, ut dicitur infra sub num. 15. Ex consuetudine legitime praescripta censetur constitui Judicem Ordinarium, qui per tempus legitimum scilicet 40. annorum cum propria bona fide, & etiam scientia, & patientia eorum, contra quos praescriperunt, tali Jurisdictione usi sunt, quia consuetudo legitime praescripta tribuit Jurisdictionem ordinariam; *cap. Duo simul 9. de officio Ordinarii, & cap. Cum contingat 13. de foro competente, & ibi Glossa verb. Maxime, & Canonice communitur, & Legista in leg. Imperium 3. de jurisdictione omnium Judicum.*
- 15 Vicarius Generalis Episcopi habet Jurisdictionem ordinariam, & non delegatam; Ita colligitur ex *cap. Non putamus 2. de consuetudine in 6. cap. Romana 3. §. 1. de appellat. in 6. ac tenet expresse Glossa in cit. cap. Rom. verb. Generaliter, & alia Glossa in cap. Licet. 2. verb. Officialem de officio Vicarii in 6. Abbas in cap. Quoniam 14. num. 11. de officio Delegati & cap. Decernimus num. 12. de Judiciis, Felin. in Rubric. de officio Delegati num. 4. Specellus dec. 98. fori ecclesiast. num. 3. Maranta in Speculo aureo parte 4. dist. 4. num. 12. & 13. Covarr. lib. 3. var. resol. cap. 20. num. 4. & pract. quas. cap. 4. num. 8. Mascardus de probationibus conclud. 1413. num. 9. & 22. Nicolaus Garzias de beneficiis part. 5. cap. 8. num. 21. Sbrozini de officio Vicarii lib. 2. q. 55. Bernardus Sannig. de officio Vicarii cap. 4. num. 5. Pithing. cod. tit. num. 55. Reiffenstuel ibid. d. n. 91. ad 101. ubi late id probat & solvit argumenta contraria, Sanchez l. 3. de matrim. disp. 29. num. 2. 3. & seq. Barbosa de officio Episcopi. part. 3. alleg. 54. num. 26. ubi innumeros alios citat pro hac sententia, & ad n. 37. ad 46. ubi solvit omnia argumenta contraria sententiae, cujus Patronos varios cum suis argumentis citat, & adducit ad num. 30. ad 37. & sic tenet etiam Sacra Rota recentior. part. 4. tom. 1. dec. 614. num. 2. & ead. part. 4. tom. 2. dec. 48. num. 10. Vide verb. Vicarius Generalis art. 1. num. 41.*
- 16 Et ratio nostra est, quia Jurisdictio, quae a lege, seu canone ratione officii, seu dignitatis alicui conceditur, est Ordinaria; *leg. More Majorum, & leg. Et quia ff. de Jurisdic. om. judic. Vicarius autem Generalis Episcopi habet Jurisdictionem a canone & ratione sui concessam, cap. Licet 2. de officio Vicarii in 6. cum similibus, & notat Glossa in dist. cap. Licet verb. Officialium: plura Jura adducens, adeoque &c. Tum quia idem est tribunal, seu auditorium, eademque Jurisdictio Episcopi, & Vicarii sui Generalis, textu expresso in *cap. Non putamus 2. de consuetudine in 6. ibi: "Cum sit idem Auditor utriusque, & in cap. Romana 3. de appellat. om. judic. in 6. ibi: Cum unum, & idem consistorium, sive auditorium sit censendum."* Jurisdictio autem Episcopi est ordinaria, *cap. Cum Episcopus 7. de officio Ordinarii in 6. adeoque etiam ordinaria erit illa sui Vicarii Generalis. Quia si Jurisdictio Vicarii Generalis non esset ordinaria, sed delegata, daretur appellatio ab ipso ad Episcopum, cum a delegato detur appellatio ad Delegantem, textu expresso in *cap. Super questionem articulis §. Porro 27. de officio Delegati cum similibus; Atqui a Vicario Generali non datur appellatio ad Episcopum, textu clarissimo in cit. cap. Non putamus 2. de consuetud. in 6. addita ratione: Ne ab eodem ad se ipsum (cum sit idem Auditorium utriusque) appellatio interposita videatur, & in cit. cap. Romana 3. §. 1. de appellat. cod. in 6. ibi: Ne ab eisdem ad se ipsos interponi videatur, adeoque &c.***
- 17 Nec valet obicere, quod Episcopus instituat, seu constituat sibi Vicarium Generalem, & possit ipsum quoties voluerit amovere; adeoque ejus Jurisdictionem non esse ordinariam cum Jurisdictione ordinaria sit perpetua,

& neque mortuo concedente expiret, ut patet ex *cap. Legatos 2. de officio Legati in 6. Non valet, inquam, quia eo ipso quod quis instituit Vicarius Generalis ab Episcopo, Jus tribuit ipsi Jurisdictionem, & quidem immediate; argum. cap. Licet 2. de officio Vicarii in 6. & notat Barbosa cit. alleg. 54. num. 44. Sanchez lib. 3. de matrimonio disp. 29. num. 13. Fagnan. in cap. Quod nobis 2. de clandestina desponsat. num. 45. & alii. Quamvis enim Episcopus mediet quasi nonnans, & instituens, non tamen mediat quasi dans Jurisdictionem. Nec obstat quod Jurisdictio Vicarii Generalis ad nuntium Episcopi sit revocabilis, quia id non fit ex eo, quod Jurisdictio illa non sit ordinaria, sed quia Vicarius consequitur eam a lege mediante nominatione Episcopi. Cum igitur hanc nominationem possit Episcopus revocare, sublato antecedente, necessario tollitur & consequens. Simile enim quid contingit in Judiciis, qui ordinariam habent Jurisdictionem, non obstante quod eorum Jurisdictio cesset statim, ac per Superiorem ad suis officia amoveatur, & ad ipsa officia a tali Superiore, seu Principe fuerint nominati, & deputati. Et quamvis Jurisdictio ordinaria sit perpetua, quando inest primario, & per se in Judicente, non tamen perpetua est ea Jurisdictio ordinaria, quae in ipso inest solum secundario, & accessorie ad aliam ordinariam, cui cohaeret, ut est Jurisdictio ordinaria Vicarii Generalis cohaerens: Jurisdictioni ordinariae Episcopi & hoc patet exemplo Legati Proconsulis, qui moriente Proconsule, cessat, & amittit non solum Jurisdictionem, quae a Proconsule mandatur, de qua in *leg. Legati 13. de officio Proconsulis, sed & dationem tutoris, quae tamen non ex mandato Proconsulis, sed proprio Jure ex Legislatione eidem competit, juxta leg. 1. ver. Legatus quoque ff. de tutoribus, & curatoribus, leg. Et legatus 5. juncta glossa, de officio Proconsulis. Sic Barbosa cit. allegat. 54. num. 44. Sanchez cit. lib. 3. de matrimonio disp. 29. num. 13. Reiffenstuel lib. 1. decret. tit. 28. num. 100. Quintanadv. lib. 9. de Jurisd. num. 14. & alii.**

18 Jurisdictio quoque Vicarii Capitalaris, sede vacante, est ordinaria, statim enim ac ipse eligitur a Jure transit in eum tota Jurisdictio ipsimet Capitulo competens, ut non sit necessaria specialis commissio, cum Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 16. de reformat. artic. 17. Capitulum ad constituendum Vicarium, qui Jurisdictionem suam administret; *Martha de Jurisdic. part. 2. cap. 40. Marchetti in praxi Vicarii Capitalaris part. 2. tit. 12. num. 39. Aloysius Riccius in praxi aurea part. 2. resol. 99. num. 1. Sanchez l. 3. de matrimonio disp. 29. num. 4. Reiffenstuel loc. cit. num. 97. Gutierrez de matrimonio cap. 66. num. 13. Rota recentior. part. 4. tom. 2. decision. 48. num. 10.*

Jurisdictio ordinaria primario, & per se inexistens in Judicente non extinguitur morte concedentis, v. *per Papae, Cap. Legatos 2. de officio Legati in 6. cum similibus. Jurisdictio autem delegata expirat, si delegans, 20 re integra, moriatur; cap. Relatum 19. cap. Gratum 20. cap. Licet undique 30. de officio Judicis Delegati, leg. Et quia ff. de Jurisdic. om. judic. Et ratio disparitatis 21 est, quia concessio Jurisdictionis ordinariae est gratia facta ipsi, cui conceditur, cum talis in dignitate constituitur, gratia autem facta non expirat morte concedentis, etiam re integra, textu expresso in *cap. Si qui 36. de proband. in 6. ibi: "Hujusmodi concessio (quam, utcum speciale gratiam continet, decet esse mansuetam) non expirat etiam re integra per obitum concedentis." Et contra vero Jurisdictio delegata non est gratia facta ipsi Delegato, seu quoddam mandatum de facienda Justitia alteri; mandatum autem expirat morte mandantis re adhuc integra, leg. Mandatum, & cap. Licet undique 30. de officio Judicis Delegati, ibi: Mandatum hujusmodi re integra morte mandantis expirat; Reiffenstuel loc. cit. tit. 29. num. 51. Sanchez lib. 3. de matrimonio disp. 22. num. 55. & 57. cum aliis.**

Apostoli omnes immediate a Christo, & non mediante Petro, acceperunt suam Jurisdictionem; vide *verb. Apostolus a num. 6. ad 11. ubi late de hoc. Episcopi Jurisdictionem habent mediante Papa; Jurisdictio enim ha-*

- habita ab Apostolis immediate a Christo fuit solummodo personalis, & extraordinaria propter necessitatem illius temporis, & primae fundationis Ecclesiae, adeoque in se ipsis terminata, nec transitura ad suos successores, quales sunt Episcopi Papa inferiores. Melchias Papa in epistola decretali, Anacletus Papa cap. In novo 2. dist. 21. & cap. Sacrosancta 2. dist. 22. Bellarm. de Pontifice lib. 4. cap. 2. Barbosa de officio & potest. Episcopi p. 1. tit. 1. cap. 1. a num. 18. & alii passim.
- 24 Confessarii Regulares Ordinum Mendicantium, & aliorum exemptorum communicantium cum ipsis in privilegiis habent immediate a Papa Jurisdictionem in quosvis Christi fideles, supposita tamen approbatione Episcoporum, *Clementina Dudum, de repleturis, & sic declarasse etiam Sac. Congreg. Concilii testatur Fagnan. in cap. Omnis, de penitentia & remissionibus num. 76. vide Approbatio art. 1. num. 42.*
- 25 Jurisdictio, seu potestas Jurisdictionis necessario requiritur in Confessario; & absolutio data a Sacerdote sine Jurisdictione est nulla. Vide *verb. Confessarius art. 1. a num. 6. ad 10. Defectu Jurisdictionis simplex Sacerdos non approbatus neque valide potest absolvere a peccatis venialibus, aut mortalibus aliis confessis; Vide d. verb. Confessarius a num. 11. ad 12. Possunt tamen simplices Sacerdotes in articulo mortis absolvere nedum a venialibus, & mortalibus aliis confessis, sed insuper a quibusvis casibus, & censuris etiam reservatis; pro tali enim casu ecclesia dat Jurisdictionem omnibus Sacerdotibus eam degradatis, excommunicatis vitandis, irregularibus, apostatis, & haereticis, ac talis potestas extenditur etiam ad probabile periculum mortis. Vide *ib. a num. 13. ad 15. ubi, ut etiam in verb. Absolutio art. 1. num. 50. patet in Jure ad propositum pro eodem usurpatur articulum, & periculum mortis; physice tamen differunt: unde ne forte tironibus deesse videamur, dum dicimus, Sacerdotes quoscumque posse in articulo mortis ut supra absolvere (dummodo non adsit Sacerdos approbatus, ut mox n. sequenti) hic subnectimus, quod articulus mortis est tempus illud, quo mors certo instat de proximo, estque inevitabilis; periculum autem probabile mortis est tempus illud, quo mors non certo instat, sed ex saepe contingentibus probabiliter timetur; sic est in proxime praesens aggressuris, aut periculosas, aut longam navigationem suscepturis: item in femina primo paritura, vel ad partum difficilis, in Bannitis impune occidibilibus, in proxime rationis, aut loquelae usum amissuris, in inservitibus peste infectis, vel laborantibus morbo, ut plurimum solito mortem afferre. In his igitur casibus simplex Sacerdos non approbatus potest absolvere &c. dummodo non adsit &c. cum onere tamen penitentium imponendo, si convalescat, vel periculum mortis evanescat, de comparando coram Superiore pro censuris reservatis, & de satisfacienda parte quoties adsit pars laesa: unde quantum ad censuras reservatas tota auctoritas pro foro interno est. Vide etiam *verb. Absolvere, Absolutio art. 1. a num. 48. ad 57. Simplex Sacerdos non habet in praesentibus casibus absolvendi Jurisdictionem praesente Sacerdote approbato. Vide *ib. a num. 16. & 17. Excipe vero casum, difficulter tamen contingentem, videlicet si praesens sacerdos approbatus malitiose absolutionem imperituri nollet; tunc enim ipse habendus esset tamquam absens, ac proinde simplex Sacerdos absolvere deberet.****
- 29 Nullus Sacerdos sive secularis, sive Regularis potest Confessiones excipere sine potestate Jurisdictionis, aliter absolutio esset nulla, gravissime peccaret, & rigide posset, & deberet puniri; vide *ib. a num. 15. ad 27. Error communis potest dare Jurisdictionem, si in vero sensu capitur; vide *ib. a num. 33. ad 37. Error communis cum titulo colorato, & putativo dat Jurisdictionem ad valide absolvendum, licet occultum sub sit impedimentum ex Jure positivo proveniens; vide *ibid. num. 36. Secus autem si defectus, seu impedimentum esset ex Jure naturali, vel divino proveniens; *ib. num. 37. An autem etiam error communis sine titulo colorato, seu putativo det Jurisdictionem ad valide absolvendum? Vide *ib. num. 38. ad 42. (Vide Notam*****

ad *verbum Confessarius art. 1. num. 42.)* ibique supponitur implicite tamquam certissimum errorem particularem non dare Jurisdictionem: & ratio est, quia error particularis facile detegi potest ex communi notitia; nec incommoda ex illo sequuntur, quae ex errore communi: ac ecclesia, sicut leges primo, & principaliter bono communi prospicere, communitatisque incommodis occurrere assolet; unde licet error communis inferat Jurisdictionem, non tamen error particularis: Quoties autem stante errore communi aliqua oriretur suspicio de Sacerdotis Jurisdictione, exploranda foret sedulo veritas, qua non obstante, si dubium adhuc superstes maneret, perseveraret Jurisdictio, quia praevaleat possessio a populo acquisita.

Esti notum est Romanis Censoribus, Patrem Dominicum Viva, nonnullosque alios Probabilistas cum nostro Ferrario opinari solum errorem communem sine titulo colorato sufficere ad Jurisdictionem, quae valide penitentiae absolvantur; tamen haec assertio sine adnotatione vulgandam Romae non esse censuerunt; nam doctis quamplurima viris laxa, atque falsa omnino visa est haec opinio, cum praesumi Ecclesiae consensus rationabiliter non possit titulo colorato deficienti. Quando adest titulus coloratus, nempe quando Sacerdos subit examinem coram Episcopo, quando obtinet in conspectu hominum beneficium, & ut parochus ab omnibus tam solidis fundamentis habetur, sapienter & provide S. Mater Ecclesia ei confert Jurisdictionem. At Sacerdotes iniqui exponunt se in tribunali fide mala ad confessiones excipiendas: & istis Ecclesia Jurisdictionem confert ob utilitatem fidelium? Ita ne vero? An non vides hinc majora, & horrendiora consequi absurda, quam sit utilitas penitentium? Nam admissa hac doctrina, & persuasione in populo christiano quod valide sint confessiones, & absolutiones talium florum Confessoriorum, jam aperitur janua omnibus iniquis & sceleratis Sacerdotibus fingendi se Confessarios, disseminandi errores, haereses, & seducendi populum Christianum. Si quidem, ut credatur Confessarii, sat est, inquit P. Viva, ut error non sit supinus, aut crassus, sed probabilis. Quid autem facilis hoc errore probabilis, contrario errori supino, & crasso? Nam nemo praesumitur malus, nisi probetur. Ergo quoties fideles vident Sacerdotem sedentem in tribunali, praesumere debent esse Confessarium, licet non sit; & error communis semper probabilis erit, & non supinus. Utilitas ergo penitentium, quae obtruditur pro fundamento Jurisdictionis ab Ecclesia collatae, inepta res est, si confertur cum universali damno, & perturbatione ministerii, & scandalis, atque absurdis, quae sequerentur, si consisteret praefata opinio P. Viva, & aliorum: Titulus coloratus perquam rarus est. Errores isti communes, non supini, sed probabiles frequentissimi forent, semel admissa doctrina, quod ejusmodi confessiones, & absolutiones validae essent.

Quamvis Jurisdictio, & approbatio Confessarii confundi soleant, eo quod regulariter data approbatione conceditur Jurisdictio, in re tamen differunt, nam Confessarii Jurisdictio est potestas, sive jus in subditos ad absolvendi potestatem exercendam, quam ex vi Ordinis habet Sacerdos; approbatio est authenticum iudicium de idoneitate Sacerdotis ad confessiones excipiendas; seu cui possit ad id conferri Jurisdictio: quod utique iudicium stare potest absque Jurisdictionis collatione, ut si Episcopus Sacerdotem jam iudicatum idoneum non deputaret ad audiendas confessiones. Vide etiam *verb. Approbatio num. 1. & 3.*

Jurisdictio Sacerdotis est quidem juris ecclesiastici quantum ad collationem, ampliationem, & restrictionem: Ecclesia enim est, quae illam confert, & eo modo quo iudicat in Domino expedire: at de Jure divino est, quod Sacerdos valide absolvere haudquaquam possit absque Jurisdictione, quemadmodum sequitur ex verbis Trid. sess. 14. cap. 7. adductis in *verb. Confessarius art. 1. n. 8. unde circa Jurisdictionem Ministri, secundum quod est juris divini, in Sacramentis tam administrandis, quam recipiendis, tenendum est idem, ac circa ma-*

teriam eorumdem & formam, nempe minime liceat sequi opinionem probabilem relicta tutiori propter easdem rationes; quia scilicet exponeretur periculo frustrationis sacramenti cum damno recipientis & irreverentia sacramenti. Ceterum quantum ad jurisdictionem secundum quod est juris ecclesiastici, ad hac usque tempora adhuc viget quamplurimum Doctorum sententia, videlicet quod ecclesia suppleat, seu det jurisdictionem Confessario absolventi ex opinione vere, & graviter probabili circa jurisdictionem, ut est juris ecclesiastici, quem admodum effati sumus de errore communi, cujus non minus potens sapientum opinio ad dandam jurisdictionem in penitentium bonum apparet, praesertim dum supponitur ei accedere circumstantia, quae jurisdictionem moraliter certam reddat; ut esset ecclesiae determinatio, Sac. Canonum decisio, communis Theologorum, & consuetudo (quam in proposito certam, & indubitabilem testantur Cardenas, Suarez, Lugo, Card. & alii) Patrum sensus, aut si opinio tutior sit improbabilis, vel tenuiter & non vere probabilis, aut scrupulosa: Penitentiam tamen gravi, & summa cautela in cunctis procedendum.

35 Jurisdictione Confessarii distingui potest in directam, & indirectam. Prima est, quam exercet Confessarius in peccata, sibi tamen subjecta, confessio, & alteri non reservata; vel si alteri reservata, sibi tamen subjecta ratione Jubilaei, privilegii, vel specialis concessionis. Secunda est, quam in reservata, & sibi non subjecta exercet Confessarius ratione concomitantiae cum sibi subjectis. Exemplum pro jurisdictione directa non est necessarium, siquidem per se patet ex terminis. Exemplum pro jurisdictione indirecta est, Primo, dum quis legitimo Confessario aperit peccata cum inculpabili oblatione aliquorum; peccata namque explicitè manifeste directe absolventur à Confessario, quatenus in ea plenam habet potestatem, si non sint reservata; peccata vero inculpabiliter obita, indirectè absolventur ratione scilicet absolutiois datæ super peccata confessio, quatenus remitti non potest unum peccatum sine alio, sed gratia expellit omnia, cum nequeat quis insimul Dei amicus, & inimicus esse. Secundo si quis bona fide propria peccata confessus esset Sacerdoti non habenti jurisdictionem, vel ob aliquem Penitentis occultum defectum sine culpa contingat invalidam esse confessionem, sequenti confessione facta legitimo Confessario, peccata illa indirectè manent absoluta, ratione scilicet absolutiois datæ super peccata confessio, ut nuper dicebamus; id enim æquivalere inculpabili oblationi. Verum quovis Penitentis in cognitionem ferretur confessionis invidiae, eam legitimo Sacerdoti repetere deberet, ut directè subjiciantur, & absolvantur peccata, nec non defectus inculpabilis corrigatur; quod si Penitentis stante invalida confessione supradicta Communionem sumpsisset, bona fides ipsam à sacrilegio excusasset: Et dicta advertere, ad coercendos scrupulos, ac conscientiae quietem inferendam, fidelibus multis juvabit plurimum. Tertio cum quis

Præter alios casus, occurrere valentes, in quibus contentiosa jurisdictione diebus feriatis validè exerceri possit, speciatim signatur tutelæ datio, suspectorum tutorum remotio, eorum excusatio, futurorumque præstatio alimentorum. (1)

(1) L. 35. tit. 2. p. 3. Dar puede el Juez guardadores à los huerfanos en los dias feriados que diximos en la ley ante desta. E otrosi, lo puede tirar de su guarda, si fuesen sospechosos. E aun puede oír à los que los tovieren en guarda, si se quisiesen excusar della, mostrando alguna razon derecha porque los non deben tener. Otrosi pueden oír pleytos, que fueren movidos en razon de gobierno, que demandase el huerfano à su guardador, ó el guardador à otro en nome del huerfano, ó el padre al hijo, ó el hijo al padre, ó el aforrado à aquel que lo aforró, ó el aforrador al aforrado, aviendolo menester. E si fuese sobre demanda, quel ficiese alguna muger viuda, que fincase preñada de su marido, que la metiese en tenencia de algunos bienes por razon de la criatura, que toviese en el vientre.

urgente necessitate celebrandi, aut comunicandi confiteretur Confessario inferiori plura peccata, & quorum aliqua sint reservata; tunc enim à reservatis absolventur non directè, quia ea non cadunt sub potestate Confessarii, sed indirectè, ex vi absolutiois directè datæ supra non reservata; cum onere tamen postea confitendi reservata habenti in ea auctoritatem pro directa absolute. Quod si Penitentis in præfata urgenti necessitate non haberet nisi reservatum, confiteri deberet aliquid ex jam confessis peccatis, in quæ Confessarius directam habet auctoritatem, ut vi illius indirectè, & per concomitantiam absolvere possit à reservato; alias nec indirectè Penitentis absolvi posset à reservato, sicut clarè sequitur ex hucusque dictis; unde tunc penitentis sibi consulere deberet pro contritionem.

36 Quid autem sentiendum in urgentiis præfatis, si casu reservato etiam fore annexa reservata censura, patefcerit Deo dante in verb. Reservatio casuum.

Jurisdictione in penitentes nequit acquiri sola consuetudine, uti expresse declaratum habetur in c. S. Episcopus, 2. de penitentis, & remissionibus, ibi: Nulla quoque potest consuetudine introduci, quod nulli prater sui Superioris licentiam Confessorem sibi veligere valeat, qui cum possit solvere vel ligare.

37 Alia de jurisdictione, & facultate Confessarii quoad absoluteionem vid. verb. Absolutio per tot.

Jurisdictione gravi metu, vi, seu fraude obtenta, seu extorta est ipso jure nulla, arg. l. 2. §. 1. ff. De iudiciis; & Glossa ibi, que explicans textum de Jurisdictione per vim compulsivam prorogata loquentem; Nulla Jurisdictione est, addit, scilicet ipso jure, sicut nec desuper vim promissa. Concordat Bartolus ibid. §. Nota casum: & Abbas in c. num. 12. de his, que vi, metu, seu fraude fiunt. Et facit cap. unicum, de his, que vi, metu, seu fraude fiunt, in 6. ubi in simili Absoluto à censuris per metum extorta declaratur omnino nulla, & sit tenet etiam Reiffens. l. 1. decretal. tit. 40. num. 63. & seq. §. l. 2. tit. 2. num. 137. & alii cum Glossa marginali in cit. l. 2. de iudiciis, & alia Glossa in cit. c. 2. verb. Coactus, de his, que vi, metu, seu fraude fiunt; Discastill. d. 10. num. 181. Contrariam tamen opinionem probabilem absque jure tenent Sanchez l. 3. de matrim. disp. 39. num. 13. Lessius l. 2. de just. & jure c. 17. num. 37. Pirhingh. l. 1. de decr. tit. 40. num. 33. ubi defendit tantquam probabiliorè, & La-Croix l. 6. part. 2. num. 1554. ubi dicit, quod probabilis est jurisdictionem, vi, metu, vel fraude extortam sufficere ad validè absolvendum, quia concessio manet voluntaria simpliciter.

Jurisdictionis contentiosæ actus regulariter sunt invalidi diebus feriatis; leg. 1. ff. de feriis, l. Si feriatis ff. eod. cap. Omnes dies 1. & cap. Conquestus 5. de feriis. Ita Abbas in cit. cap. Conquestus num. 1. Fagnan. ibid. num. 1. & seq. & Communis aliorum.

38 Secus autem est dicendum de actibus jurisdictionis voluntariæ, qui nimirum absque strepitu judiciali tantum in volentes exercentur; diebus etiam feriatis rectè ex-

E si acacescise que alguno oviese à probar si era menor de edad, ó mayor, ó sobre pleyto que perteneciese à la libertad, ó servidumbre, ó si fuese sobre pleyto de testamento que pidiese alguno que oviese derecho de lo que, lo abriesen, ó lo mostrasen: ó si se muriese alguno que fuese debdor de otro, é fincasen sus bienes desamparados sin heredero: é aquel à quien debiese la deuda pidiese al Juez qual metiese en tenencia dellos, como en razon de guarda, ó que los diese à guardar à otro: en manera que non se perdiesen, nin menoscabasen. Cá en qualquier destas cosas sobredichas, bien puede el demandador mover pleyto en juicio en cada uno destes dias feriados, é lo que fuere fecho en ellos valdría: :

expediantur; l. Solet ff. de Feriis, l. Actus omnes Cod. eod. ubi licentia diebus feriatis emancipandi, & manumittendi cunctis conceditur, & Baldus in sumario generaliter inquit: Actus voluntariæ jurisdictionis possunt expediri quolibet tempore, etiam feriatis; Vide quoad hac verb. Judicium à num. 23. usque ad finem. (& Festa.)

42 Jurisdictione Ordinaria activa non rectè inferitur ex privilegio exemptionis passivæ; Benedic. XIV. tomo. 1. constit. 76. incip. Apostolicæ servitutis §. 9. & 10. Jurisdictione Ordinaria Prælati inferiori concessa dici nequit per verba generalia expressam illius mentionem non facientia: Idem ibi §. 7. Nec per cessionem juris

43 Episcopalis in genere, utpote quod intelligi potest contentiæ ad exemptionem passivam: Idem ibid. §. 12. Jurisdictione in Clerum, & populum Monachis raro tribuitur numquam vero ætate Alexandri III. Idem ibid. §. 11.

44 Jurisdictione Episcoporum in ecclesiis parochialibus Regularium in Indiis Occidentalibus, & Orientalibus, asseritur: Idem tom. 2. constitut. 1. incip. Qmavis ad

confirmandum: Jurisdictione Episcopi in omnes ecclesias 47 intra diocesis suæ fines constitutas, in jure fundata est: Idem const. 33. Incip. Inter multa: & constitut. 40. incip. Casuarum Palatii: Jurisdictione activa in Clerum, & populum valde differt ab exemptione passiva. Idem const. 34. incip. Inter multa: Jurisdictione Græcis Prælati in populum Latini ritus nunquam in Italia attributa dignoscitur, Idem ibi.

Inferior Prælati ad hoc ut territorium separatum, & Jurisdictionem ordinariam, & quasi episcopalem in Clerum, & populum obtineat, cum ipsius Episcopi exclusionem, non juvatur per Quadragenariam præscriptionem cum titulo colorato; sed requiritur clarum & subsistens Apostolicum privilegium, aut consuetudo immemorabilis rite probata, per quam privilegium illud de jure valeat præsumi, quæ fuit olim decisio S. Congregationis Concilii die 7. Januarii 1721. deinceps approbata à Clemente XI. die 14. ejusdem mensis, & confirmata à Benedic. XIV. in suo bullario tom. 2. Const. 33: Tunc autem dicitur consuetudo rite inducta, dum in ali-

Tam constans est, Episcopis jurisdictionem erga Parochos Regulares, Indico Sermone Doctrineros, curata beneficia obtinentes (ibi Doctrinæ vocantur) (1) inesse, ut neque examinis respectu, (2) collationis, (3) correctionis, visitationisque omnium ad animarum curam spectantium valeant ab eorum eximi jurisdictione: in reliquis vero Superioribus Regularibus suis manent subjecti: sic advertitur (4) determinatum à Sanctitate D. Clementis VIII. etiamque, absque ulla Religiosorum distinctione, præceptum à lege. (5.)

(1) L. 24. tit. 6. lib. 1. Ind. Ordenamos, y mandamos que en vacando en nuestras Indias Occidentales, é Islas de ellas qualesquier beneficios curados, asi en los Pueblos de Españoles, como de los Indios, que llaman Doctrinas: :

(2) L. 3. tit. 15. ejusd. Ibi: Como los Religiosos que asi se nombraen, sean examinados por el Ordinario: L. 6. ejusd. Rogamos, y encargamos à los Arzobispos, y Obispos de nuestras Indias, que à ningun Religioso permitan de entrar à exercer officio de Curas, ni Doctrinero, sin ser primero examinado, y aprobado por los Ordinarios Diocesanos: :

(3) L. 3. ejusd. Ibi: Y por virtud de la tal presentacion el Arzobispo, y Obispo hagan la provision, collacion, y canónica institucion de la Doctrina: :

(4) Bull. Sanct. D. Clement. VIII.

CLEMENS PAPA VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Religiosorum quorumcumque, qui ad salutem animarum Christi fidelium procurandam, fidem operam præstant, prospero ac tranquillo statui libenter consulimus, prout in Domino salubriter conspiciamus expedire. Cum itaque in partibus Indiarum multi ex fratribus Ordinis Minorum de Observantia Sancti Francisci, ad Indos noviter ad fidem conversos, christianam doctrinam edocendos, eorumque animarum curam exercendam, ob penuriam Sacerdotum Secularium, ex Apostolicæ Sedis speciali indulto deputari soleant, qui ab eorum Superioribus nominati, ac locorum Ordinariis, seu eorum Officialibus approbati prius fuerint, cumque sicut accepimus, fratres sic ad curam animarum deputati, licet extra claustra in locis, in quibus pro tali administratione deputantur, morentur: nihilominus certis cujusque hebdomadæ diebus ad conventus, quos in locis principalibus habent, accedere debeant, & Commissarios generales, aliosque Superiores, quibus subsunt, & obediunt, & à quibus visitantur, habeant, ita ut extra claustra Religiosis morari minime dicti possint: Nos eorum quieti, & tranquillitati prospicere volentes, ex voto venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, super consultationibus, & negotiis Episcoporum, & Regularium Præpositorum, Fratres prædictos Ordinis Minorum de Observantia, ad animarum Curam exercendam, ut præfertur, deputatos, in conventibus curam animarum, Ordinario loci subesses: In reliquis vero non Ordinario loci sed suis Superioribus subjectos remanere, de quorum licentia extra claustra

degnat, sicut ab omnibus censi, ac ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane quidquid secus super his, à quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignorantèr contingerit attentari, decernimus, & declaramus. Quo circa quibuscumque locorum Ordinariis in Indiarum partibus constitutis per præsentem committimus, & mandamus, ne fratres prædictos contra præsentium tenorem super præmissis ullatenus perturbare, molestare, vel inquietare audeant, vel præsumant, quin immò illis in eisdem præmissis, efficacis defensionis præsidio assistant, & favcant. Contradictores quoscumque per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliæque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis quarumvis Ecclesiarum, necnon dicti ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, vel manu Notarii Apostolici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis habebatur, si forent exhibitæ, vel ostensa. Datis Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die Octava Novembris, Pontificatus nostri anno nono. M. Viterius Barbianus.

(5) L. 28. tit. 45. lib. 1. Ind. Ibi: Que los Arzobispos, y Obispos de las Indias puedan visitar à los dichos Doctrineros en lo tocante al ministerio de Curas, y no en mas, visitando las Iglesias, el Santisimo Sacramento, Crisma, Cofradias, limosna de ellas, y todo lo que tocara à la mera administracion de los Santos Sacramentos, y ministerio de Curas: y en quanto à los excessos personales de vidas, y costumbres de los Religiosos Curas, no han de quedar sujetos à los Arzobispos, y Obispos, para que los castiguen por las visitas: No se les dé mas mano de la que han tenido hasta aqui en las visitas, pues la correccion, y castigo ha de ser paternal, y verbal con la moderacion, y buen tratamiento que està mandado, sin estenderse à otra cosa, remitiendo lo demás al Superior idel Religioso. L. 4. ejusd. Ibi: Que quando el Ordinario, ó sus Visitadores fuesen à visitar los Pueblos, donde los Religiosos administraren los Santos Sacramentos, los dexten, y consientan visitar las Iglesias, Santisimo Sacramento, Santos Oleos, y Crisma, Ornamentos, y Libros con que administraren, como Curas, Cofradias, y limosnas.

aliquo loco ab immemorabili tempore inferior Prælati omnem omnino jurisdictionalium actuum speciem ita solum exhibuerit, ut Episcopus in cuius diocesi locus situs est, toto eo tempore nullam in iis partem habuerit, neque in iis se unquam miscuerit. *De Synod. dioces. lib. 13. c. 8. §. 18. & 21. nov. edit.* Episcopi licet habeant Capitula quantumcumque exempta, possunt per se ipsos sine adiunctis de Capitulo visitare Ecclesiam, Canonicos, & Beneficiatos, ut decisum à S. Congreg. Concilii in quadam causa Zamorensi, quamvis non potest committere hoc munus alteri. *Ibid. c. 9. §. 9. nov. edit.*

52 Si tamen extra visitationem velit contra Canonicum procedere, tenetur duos ex Capitulo Canonicos adiunctos habere, à Capitulo anno quolibet ineunte designandos, qui duo Canonici constituunt unum tantummodo suffragium, & si ambo conveniant in sententiam Episcopo contrariam, tunc ad tertii electionem procedendum est, iuxta formulam à Tridentino sess. 25. c. 6. de refor. præscripta. Ita ex pluribus decretis S. Congregationis Concilii, & ex collatione duorum locorum Tridentini, altero in sess. 6. c. 4. altero in sess. 25. cap. 4. de Synodo dioc. lib. 13. cap. 9. nov. edit.

53 Si Amplissima est hæc materia. At angusti limites additionum vix patiuntur, ut aliqua habeamus de jurisdictione ordinaria, & delegata, tum de jurisdictione contentiosa, & voluntaria.

De duobus modis jurisdictionis dici potest ordinariæ.

54 Primo, quæ jure perpetuo, & stabili, vel lege, vel Principum constitutione ad instar regulæ constituta est, & efformata. Opponitur delegata, quæ extra ordinem committitur alicui, qui aliis Judicis munus non habet, in certo casu, & sic se habet per modum exceptionis. Hoc sensu omnia Principum, & Prælatorum iudicia jurisdictionem habent ordinariam, quippe quia hanc in finem sunt constituta, ut ordinariæ, & regulariter in causis controversis pateat ad ea aditus, & Judices iis propositis nomine Principum, & Prælatorum jus dicant. Commissarii vero, qui pro re nata ad certam causam deputantur, extraordinariam jurisdictionem habent, cum perpetuum iudicium non exerceant, sed unam alteramque causam ob singulares circumstantias expediunt, pateatque adhuc ad Delegantem recursus.

55 Secundo dicitur ordinariæ jurisdictionis, quam quis jure proprio & non ex alterius commissione, & beneficio tenet, & exerceat, nec ita à Superioris arbitrio dependet, ut pro ejus arbitrio revocari possit. Opponitur huic vicariæ, seu delegatæ jurisdictionis, quam quis nomine, & vice ejus, qui jurisdictionem ordinariam habet, gerit. Hoc sensu soli Principes, & Episcopi habent jurisdictionem ordinariam. Officiales vero Episcoporum vicariam gerunt operam, qui eam ob causam dicuntur ipsorum Vicarii, reddendis rationibus iisdem obnoxii sunt, & ab eis in exercitio jurisdictionis sunt dependentes.

57 Dicitur solet habere officialem eandem jurisdictionem, quæ competat Episcopo. At eam haud habet eodem modo. Ille enim eam habet jure proprio: Hic vero potestate vicariæ, licetque idem exerceat tribunal, quod Episcopus habet, est adhuc ejus administrator, ab eoque constituitur. Vide de his omnibus Bohemer. in *Decretal. lib. 1. tit. 28. §. 7.*

58 De contentiosa jurisdictione non est quod multa habeamus. De ejus divisione in liberalem, & secretariam traditum ab Obseculo de *jurisdic. l. 1. c. 9. num. 19.* vide omnino Schedimier. *Jurisprad. cant. l. 1. tract. 5. c. 8. in supplement. quest. 2. per tot.*

59 Voluntaria jurisdictionis neque à voluntate Magistratus dicitur, quasi eam pro arbitrio accommodet, neque à voluntate partium, quasi eam pro suo lilitu petant, sed potius ab actibus, qui non imperantur, sed à volentibus solum, & consentientibus peraguntur, Lauterbac. in *disp. de jurisd. Volum. thes. 2.*

60 Dividitur jurisdictionis voluntaria in simplicem, & mixtam. Simplex exercetur à Magistratu sine speciali causæ cognitione, sola interpositione publicæ auctoritatis circa actum, qui coram se geritur,

Mixta exercetur cum speciali & solemnibus causæ cognitione; Braun. de *jurisd. cap. 4. §. 3. num. 4.*

Pertinet ad jurisdictionem voluntariam simplicem ex Juris dispositione adoptio, emancipatio & manumissio, & ex interpretatione Prudentum insinuatam testamenti judicialis, hypothecæ bonorum immobilium, edificialis bonorum possessio, apertura, & publicatio testamentorum, Lauterbac. *did. disp. thes. 33. & sequunt.* Vinn. de *jurisd. c. 6. num. 6.*

Ad jurisdictionem voluntariam mixtam pertinent arrogatio, emancipatio impuberis, manumissio servi, si fiat à minori 25. annis, transactio de alimentis testamentis relicta, alienatio rerum immobilium, vel mobilium prætoriarum ad pupillos, vel minores spectantium, & bonorum possessio decretalis; consule Schmier. *Jurispr. canon. civil. lib. 1. tract. 5. cap. 8. section. 2. §. 4. num. 48. & plur. sequent.*

Quæritur: An dispensatio super votis, & juramentis, absolutio à censuris, collatio beneficiorum, aut privilegiorum, & alia id genus Jure canonico indacta, spectent ad jurisdictionem voluntariam, & utrum ad simplicem, an ad mixtam? At confer Schmier. *Jurispr. canon. civil. lib. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 2. §. 3. num. 43. & seq.*

Conveniunt in hoc jurisdictionis simplex, & mixta, quod utraque personalem requirit presentiam eorum, quibus administratur, nec ministerium Procuratoris admittit, de *jurisdic. cap. 4. §. 3. num. 11.*

Differunt vero, quia simplex potest administrari in causa propria, proprie, conjunctis personis, à Judice competente, & incompetente, intra, & extra territorium jus dicentis: die feriato, & non feriato. Mixta vero redditur causis & personis alienis à Judice competenti, ac pro tribunali sedente intra territorium proprium, diebusque juridicis. Nec mirum. Simplex enim cum non requirat causæ cognitionem, nec iudicium, nec loco adstricta, solam presentiam Magistratus, & inscriptionem negotii ad acta desiderat. Mixta vero, utpote desiderans judicalem causæ cognitionem, certo loco, Judicis, & iudicio alligata est; Vinnius de *jurisdic. cap. 6. num. 7.* Braun. *cod. tractat. c. 4. §. 3. num. 38. & sequent.* D

JUS, JUSTITIA.

SUMMARIUM.

- 1 *Jure vocabulum unde sit dictum, & quomodo hæc loco accipitur, ad num. 3.*
- 4 *Juris quotuplex divitio, ac subdivitio, ad num. 22.*
- 23 *Corpus juris canonici in quot & quas partes dividitur, ad num. 34.*
- 35 *Quam sit juris civilis & canonici promiscuus usus in utroque foro, ad num. 41.*
- 42 *Quid sit agendum in Jurium discordantia, sive contrarietate, ad num. 43.*
- 44 *Jur. prout est obiectum Justitiæ, quid sit, & quem a modum dividatur, ad num. 48.*
- 49 *Justitia quid sit, & quomodo commississime dividatur, ad num. 53.*
- 54 *Quænam Justitiæ ratio intercedat inter Deum & hominem, patrem & filium, maritum & uxorem, dominum & servum, ad num. 56.*
- 57 *Justitia præmiativa, & punitiva, seu vindicativa, ad quam Justitiæ speciem reducatur.*
- 58 *An unquam adversus Jus divinum præscribitur, & in quibus datur præscriptio adversus Jus humanum.*
- 59 *Alia ad rem remissive.*

Jus derivatur à verbo *Justo*, textu expresso in *cap. 1. Jus generale 2. dist. 1.* ibi: *Jus autem est dictum, quia Justum est, & in l. 1. ff. de Justitiâ & Jure, ibi: Jus à Justitiâ appellatum est, nam Jus est ars boni, & æqui. Nec in re discrepat. cap. Jus dictum est 12. de verbor. significat. ubi dicitur: Jus dictum est à jure possiden-*

deni, hæc enim jure possidetur, quod Juste: quia ibi, ut rectè notant Abbas in *dict. cap. Jus dictum*: Reiffensuel *lib. 1. decretal. §. 1. proamii num. 3.* & alii, ponitur etymologia Juris, non prout Jus est nomen generale, sed prout applicatur ad rem certam, dicens v. gr. *Hæc Jus in tali re.*

Relictis variis aliis Juris acceptionibus, hic Jus potissimum accipitur pro lege, quæ est regula justitiæ, seu justitiam in genere; Cum enim legibus non nisi id, quod justum est, sive debitum inter cives, vel erga rempublicam statuitur, hinc usu receptum est, ut ipsæ leges tum divinx, tum humanæ Jura appellarentur, & in hac significatione accipitur Jus, in *cit. cap. Jus generale 2. dist. 1.* ubi dicitur: *Jus generale nomen est, lex autem Juris est species.* Unde Jus pro lege acceptum dividitur primo in naturale, & Jus positivum. Jus naturale (quod alio nomine nuncupatur *lex naturalis*) est illud, cujus obligatio non ex libera alicujus præcipientis Legislatoris voluntate, sed ex ipsa rei præcepta, vel prohibita natura oritur, ut v. gr. *Quod tibi vis fieri, alteri ne feceris, & hujusmodi; Est in re Communis, & colligitur ex c. Jus naturale 7. dist. 1.* ubi dicitur: *Jus naturale est commune omnium nationum, eo quod ubique Jure natura, non constitutione aliqua habetur.* Et clarissime insinuat *Ad Romanos cap. 2. ibi: Genes, que legem non habent (id est scriptam) naturaliter ea, que leges sunt, faciunt ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex; qui attendant opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum.* Et jam indicaverat Reiffensuel *saltes Psalm. 4. ibi: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Jus positivum est illud, quod non ex rei natura, sed ex libera Dei, vel hominis voluntate pendet, & vim obtinet: Et dicitur positivum, quia à Superiore, non ex quadam necessitate, atque intrinseca exigentia obiecti, sed libere, & contingenter ponitur; *Est in re Communis.*

Jus positivum dividitur in Jus positivum divinum, & positivum humanum. *Jus positivum divinum est, quod à Deo Supremo Legislatore, de iis, quæ ad Jus naturale non spectant, in tempore latum, & hominibus positum fuit.* Notanter autem dicitur, *De iis, quæ ad Jus naturale non spectant*, ut ab isto Jure divino positivo excludatur Jus naturale, quod certo respectu, & ratione etiam divinum appellatur, quatenus à Deo tamquam auctore naturæ mentibus humanis est inditum. *Jus positivum humanum est illud, quod ab auctoritate humana aliquid præcipiente, vel prohibente procedit.*

Jus positivum divinum subdividitur in veteris, & novum. *Vetus est, quod Deus in veteri testamento tulit, & triplicis generis præcepta continebat, scilicet moralia, ceremonialis, & judicialia.* Jus positivum divinum novum est, quod Christus Dominus verus Deus, & homo in novo testamento condidit, & observari mandavit; & continet præcepta Fidei, Spei, Charitatis, & Sacramentorum.

Jus positivum humanum subdividitur in Jus gentium, civile, & canonicum. *Jus gentium est illud, quo omnes gentes, vel ferme omnes utuntur l. 1. §. Jus gentium ff. de Justitiâ, & Jure; junctâ leg. Omnes ff. de Jure ubi dicitur: Quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes gentes peræque custoditur, vocaturque Jus gentium, quasi quo Jure omnes homines utuntur."* Jus autem gentium duplex solet à Juristis assignari, scilicet Jus gentium Primarium, & Secundarium. *Jus gentium primarium est illud, quod naturalis ratio omnibus gentibus dicitur, quodque mentibus hominum à Deo naturaliter inditum est, & ab omnibus populis solo naturali instinctu rationis custoditur, & sic coincidit cum Jure naturali §. Jus autem, Institus. de Jure natura, gentium, & civil. §. l. Omnes 9. ff. de Justitiâ, & Jure cum similibus. Jus gentium secundarium est illud quod ex naturalis quidem ratione proficiscitur, at non simpliciter, sed ab initio solo rationis instinctu nobis est inditum, sed necessitate humani commercii postea sic exigente usu, ac moribus omnium gentium est introductum: sive per modum legis præceptivæ, aut prohibiti-*

va, sive solum per modum potestatis, seu facultatis permissivæ quidpiam agendi, quod usu, seu consuetudine omnium, vel penz omnium gentium præcipitur, prohibetur, aut conceditur tamquam necessarium, vel utile hominibus inter se societatem, seu commercium fovendis; & de hoc Jure Gentium secundario est sermo in leg. Ex hoc Jure ff. de Justitiâ, & Jure, & §. Jus autem Gentium, Institus. *cod. tit. & afferuntur exempla in c. Jus Gentium 9. dist. 1.* præcisus his verbis: *Jus gentium est alium occupatio, & c. catio, munitio, bella, captivitates, servitutis, postliminia, fideiura, paces, inducie, Legatorum non violandorum religio, conjugiæ inter alienigenas prohibita. Hæc tunc Jus Gentium appellatur, quia eo jure omnes Jure gentes utuntur.*

Jus civile est, quod auctoritate Principis, sive Magistratus secularis est conditum ad reipublicæ gubernationem & temporalem pacem, & salutem civium conservandam; *Est in re Communis per textum in cap. Jus Civile 8. dist. 1.* ubi sic præcisè dicitur: *Jus civile est, quod quæque populus, vel quæque civitas sibi propriam divitiâ, humanaque causa committit.*

Jus civile dividitur primo in Jus scriptum, & non scriptum, *cap. Jus Generale 2. cap. Lex 3. cap. Mox 4. cap. Consuetudo 5. dist. 1. & §. Constat autem, Institus. de Jure natura, gent. & civil. Jus Civile scriptum est, quod expresso consensu Principis, seu Magistratus legis condendæ potestatem habentis, constitutum est. Jus autem civile non scriptum est Jus consuetudinarium, sive illud quod diuturnis moribus, tacito utentium consensu comprobatis, introducitur: Communis; argum. civitatis Justinus.*

Jus civile dividitur secundo in Jus commune, & particulare, seu municipale. *Jus civile commune est illud, quod est commune omnibus provinciis, & incolis Romano Imperio subjectis, illosque omnes obligat. Jus autem Civile particulare, seu municipale est illud, quod non ligat omnes subditos Imperii Romani, sed solum subditos loci, vel territorii, pro quibus hoc Jus conditum est. Communis.*

Totum Jus commune civile, seu cæsareum dividitur in tres præcipue partes, scilicet in digestum, institutiones, & codicem. *Digestum*, quod alio nomine appellatur *Pandectarum*, seu libri *Pandectarum*, continet in se quinquaginta libros, qui omnes divisi solent in tres tomos. Primus vocatur *Digestum veterum*, quia prius editum est, & continet priores viginti quatuor libros. Secundus vocatur *Informatum*, quia fortiore ac pleniorum legum cognitionem suppeditat, & continet sequentes quatuordecim libros usque ad trigessimum octavum inclusive. Tertius vocatur *Digestum novum*, quia postremo editum est, & continet reliquos duodecim libros. *Institutiones Imperiales*, seu Justiniani Imperatoris, dividuntur in quatuor libros, & sunt quoddam Juris compendium. *Coll. Justiniani* continet duodecim libros, quorum tres ultimi tractantes de Jure publico non solent explicari in omnibus scholis. Istitis tribus Juris civilis partibus sunt adjectæ postremo *Novellæ Constitutiones Justiniani*, & Leonis Imperatoris, & alio nomine dicuntur *Authenticæ*, & constant novem Authenticis Collationibus, quibus recens decima adjecta est: insuper adjectæ sunt *Consuetudines Feudorum*, seu duo *Libri Feudorum*, & alie quedam Constitutiones Imperiales.

va, sive solum per modum potestatis, seu facultatis permissivæ quidpiam agendi, quod usu, seu consuetudine omnium, vel penz omnium gentium præcipitur, prohibetur, aut conceditur tamquam necessarium, vel utile hominibus inter se societatem, seu commercium fovendis; & de hoc Jure Gentium secundario est sermo in leg. Ex hoc Jure ff. de Justitiâ, & Jure, & §. Jus autem Gentium, Institus. *cod. tit. & afferuntur exempla in c. Jus Gentium 9. dist. 1.* præcisus his verbis: *Jus gentium est alium occupatio, & c. catio, munitio, bella, captivitates, servitutis, postliminia, fideiura, paces, inducie, Legatorum non violandorum religio, conjugiæ inter alienigenas prohibita. Hæc tunc Jus Gentium appellatur, quia eo jure omnes Jure gentes utuntur.*

Jus civile est, quod auctoritate Principis, sive Magistratus secularis est conditum ad reipublicæ gubernationem & temporalem pacem, & salutem civium conservandam; *Est in re Communis per textum in cap. Jus Civile 8. dist. 1.* ubi sic præcisè dicitur: *Jus civile est, quod quæque populus, vel quæque civitas sibi propriam divitiâ, humanaque causa committit.*

Jus civile dividitur primo in Jus scriptum, & non scriptum, *cap. Jus Generale 2. cap. Lex 3. cap. Mox 4. cap. Consuetudo 5. dist. 1. & §. Constat autem, Institus. de Jure natura, gent. & civil. Jus Civile scriptum est, quod expresso consensu Principis, seu Magistratus legis condendæ potestatem habentis, constitutum est. Jus autem civile non scriptum est Jus consuetudinarium, sive illud quod diuturnis moribus, tacito utentium consensu comprobatis, introducitur: Communis; argum. civitatis Justinus.*

Jus civile dividitur secundo in Jus commune, & particulare, seu municipale. *Jus civile commune est illud, quod est commune omnibus provinciis, & incolis Romano Imperio subjectis, illosque omnes obligat. Jus autem Civile particulare, seu municipale est illud, quod non ligat omnes subditos Imperii Romani, sed solum subditos loci, vel territorii, pro quibus hoc Jus conditum est. Communis.*

Totum Jus commune civile, seu cæsareum dividitur in tres præcipue partes, scilicet in digestum, institutiones, & codicem. *Digestum*, quod alio nomine appellatur *Pandectarum*, seu libri *Pandectarum*, continet in se quinquaginta libros, qui omnes divisi solent in tres tomos. Primus vocatur *Digestum veterum*, quia prius editum est, & continet priores viginti quatuor libros. Secundus vocatur *Informatum*, quia fortiore ac pleniorum legum cognitionem suppeditat, & continet sequentes quatuordecim libros usque ad trigessimum octavum inclusive. Tertius vocatur *Digestum novum*, quia postremo editum est, & continet reliquos duodecim libros. *Institutiones Imperiales*, seu Justiniani Imperatoris, dividuntur in quatuor libros, & sunt quoddam Juris compendium. *Coll. Justiniani* continet duodecim libros, quorum tres ultimi tractantes de Jure publico non solent explicari in omnibus scholis. Istitis tribus Juris civilis partibus sunt adjectæ postremo *Novellæ Constitutiones Justiniani*, & Leonis Imperatoris, & alio nomine dicuntur *Authenticæ*, & constant novem Authenticis Collationibus, quibus recens decima adjecta est: insuper adjectæ sunt *Consuetudines Feudorum*, seu duo *Libri Feudorum*, & alie quedam Constitutiones Imperiales.

Jus canonicum derivatur à verbo græco *Canon*, quod latine significat regulam, *cap. Canon. 1. dist. 3.* Regula autem ecclesiastica est sic dicta, eo quod recte ducit, nec aliquando aliorum trahit, quam ad rectitudinem, vel quod regat, vel quod normam rectè vivendi præbeat, vel quod distortum, pravumque corrigat, *cap. Regula 2. dist. 3.* Unde Jus canonicum rectè definitur, quod sit Jus positivum ex sacris canonibus, seu regulis ecclesiasticis collatum, & ad rectè vivendum æternamque salutem consequendam, & justitiam in populo christiano conservandam à Summis Pontificibus ecclesie catholice traditum, constitutum, vel approbatum. *Ita in re Communis.* Jus canonicum vocatur etiam alio nomine *Jus ecclesiasticum*, quia materia in ipso contenta est ecclesiastica, & agit potissimum de personis, & res-

bus